



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Nunnberg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

- XXXVI. Dn. ANNA à *Kirmbreuth* ob. 7. Octob. an. 1698. præf. Monasterio an. 29. septiman. 21. sepulta ante altare S. *Erasmi*.
- XXXVII. Dn. CATHARINA *Scheufflin*, præfuit ann. 7. sept. 7. dies 2. obiit ann. 1605.
- XXXVIII. Dn. EVA ab *Vrbausen* ob. an. 1616. die 8. Nouembr. præfuit Monasterio an. 10. mens. 10. dies 18.
- XXXIX. Dn. MARIA de *Salis*, quæ nobis hanc designationem liberaliter communicauit, ad multos annos uiuat & præsit diu feliciter.

## NUNNBERG.

MONASTERIVM Monialium nobilium, extra muros Salisburgen. ciuitatis in vicino colle situm, & Nonnarum montis vocabulo cognominatū, cœpit anno Domini circiter 585. In numero annorum variant Chronica Salisburgensia. Certum autem est, Theodopertum, Ducem Bauariæ, fundatorem huius Cœnobij, Anno Domini 576. obiisse. Sanctus enim Rupertus primus, Salisburgensis Episcopus, ex Regum Gallia, Ducumque Scotie stirpe oriundus, pro sorore sua Ertruda, quam aliàs suam Neptem vocant, Oratorium ibi initio construxit. Ad quam piam Virginem, cum aliæ quoque deuotionis ergò accessissent, quæ virginitatis conseruandæ studio solitariam vitam elegerant, mox præclarum Cœnobium uestalium puellarum factum est, fundatore ac dotatore prædicto Duce Theodoperto, filio Theodonis tertij huius nominis, qui ambo tam pater, quàm filius, vnà cum suis Successoribus, Ducibus Bauariæ, Episcopatum Salisburgen. primo instituerunt, ac liberè collocupletârunt. Catalogum. Abbatissarum proponit *Bruschius* in centuria Monasteriorum.

Hoc Cœnobium antiquitus Cella dictum, bellicis tumultibus, incendio ac rapinis vastarum, reædificatum, & quasi de nouo fundatum est, ab Henrico secundo Imperatore, absolutumque est, Anno 1041. quo ara maxima cum aliis duabus in crypta sitis, per D. Balduinum, Salisburgensem Archiepiscopum consecrata est.

NUMERVS hic non concordat cum Chronica Episcoporum Salisburgensium, ubi habetur, V. Valdvinum siue Balduinum, sub Heinrico tertio, ann. Domini 1045. factum esse Archiepiscopum, præfuisse eum 20. annis. mortuum Anno Domini 1605.

## A D D I T I O N E S.

DE huius Monasterij constructione Liber M. S. cuius iam aliquoties mentio à nobis facta est, sic narrat: Cæpit aut idē Beatus Pontifex (*Rupertus*) vnà cū consilio & voluntate Domini *Theodoberiti* Ducis in Superiori castro sepe dicti *Iuuauensis* opidi construere Ecclesiam ac Monasterium sacris virginibus ad habitandum in seruitio Dei & sanctæ *Mariæ* matris Domini. Et peracta Ecclesia consecrauit eandem, Domino in honorem eiusdem S. Dei genitricis *Mariæ*, posuitque ibidem per licentiam & voluntatem Domini *Theodoberiti* Ducis Christi ancillam Deo sacratam neptem suam *ERNDRVDEM* cum aliis Deo deuotis feminis, in seruitium Dei & S. *Mariæ* virginis Christi que genetricis. Et ipse Dux pij studij, & ob voluntatē Dei omnipotentis tradidit ibidem in alimoniam ancillis Dei, & in mercedem genitoris sui ipsius villam quæ vocatur *Einberinga*, cum commanentibus ibidem seruis, & aliis exercitalibus hominibus xxx. cum.



Cum omnibus quæ habebant super fluvium *Salz*, ad idem puellarum Monasterium Dei Monasterium deferuire. Ex Orientali siue Australi parte iuxta publicam viam, quæ tendit in *Talgeun*, & sic ad *Esselbanckh*, deinde locum, qui vocatur *Labusculo*, & sic ad *Elmpach*, & inde medium lacum qui vocatur *Parrsee*, & sic ad *Zinckenpach*, & sic ad *Tilmpach*, de ista parte lacus meridiana pleniter omnia in foresto frui deberet ad istam sedem *Inuauen*. Itē de isto flumine qui vocatur *Salzaha* de illa, petra quæ respicit contra Ecclesiam S. *Martini*, quæ sita est in castro *Inuauen* si nulli liceret sine licentia huius sedis Episcopi piscationem habere, vel castores apprehendere, siue vllam exercere venationem, nisi tantum vni piscatori dominico.

*Bruschius*, in suo de Monasteriis Catalogo, opere quamuis imperfecto, non tñ contemnendo, Monasterij Montis *Nonnarū*, mentionē facit, & Catalogum refert Abbatissarū, à D. Marco Tacio, Poeta jurisconsulto, & Camera Imperialis Assessorē sibi communicatū sed illo suo loco relicto, aliū nos, certioremq; exhibemus, quē abbatissę nuper defunctę Marię Meringerin beneficio nacti sum⁹.

Catalogus Abbatissarum Montis Monialium Salisburgę.

- I. S. ERENTRVDISS, *Ruperti* soror prima præficitur abbatissa per fratrem circa an. Christi DLXXXV. præf. an. aliquot vitæ sanctimoniã & miraculis insignis. Qua defuncta, de successoribus eius & Monasterij statu per annos c. d. nil certi constat; vsq; ad tempora S. *Henrici* Imp. qui Monasterium bellicis inter medio tempore ac incendus penitus desolatam restauravit: illud que per *Hartvicum* Archiepiscopum in sua præsentia dedicari fecit: quo etiam tempore S. *Erenthrudis* è priori sepulchro, in quo hæctenus requieuerat, magna cum reuerentia & honore subleuata, in crypta tēpli, vbi hodie tumulata cernitur, translata fuit. Hinc apparet error *Bruschij* haud exiguus, qui dedicationem templi huius Monasterij, ab *Henrico* s. restaurati *Waldvino* Archiepiscopo attribuit, id quod Chronologiã omnino repugnat. S. enim *Hartvici* Archiepiscop⁹ præf. ab a. c. cmc. vsque ad. an. c. m. xlii. *Waldvino* aut electus an. m. xlii. an. c. m. lxi. diem extremū clausit.
- II. WIRIADIS, Archiepiscopi *Waldvini* germana soror, secunda à S. *Erenthrudis*, prima autem post restauratum Monasterium electa an. c. m. abbatissa an. circiter xxvii. iuxta nonnullorum sententiam Monasterium rexit an. xxvii. obiitque an. m. xx. vii.
- III. DIEMVDIS.
- IV. ELISABETHA.
- V. MARIA.
- VI. ELISABETHA el. circa an. Dñi m. lxx. consecratur ab Archiepiscopo.
- VII. IVLIANA (po *Baldvino*,
- VIII. WIRBYRGIS al. *Wirbyrgis* plurimis annis præfuisse tradidit⁹ circ. an. Dñi. m. cc. xxxv. defuncta. In ambitu monialium, iuxta portam geminam reperitur lapis, in quo hæc solummodo excisa sunt verba: *Wirbyrgis* abbatissa plura non liquent.
- IX. GERDRVDIS de Lapide, el. ut nonnulli volunt an. c. Mccxxxv. vel xxxvi.
- X. DIEMVDIS nata ex *Cōiub.* de *Soñenberg*. præf. circa an. Dñi. m. cc. xlii.
- XI. DIEMVDIS de *Velben*. præf. temporib. Archiep. *Friderici* à *Walhen*. ob. iuxta epitaph. an. m. cclxx.
- XII. HILTA pia & deuota mater, præf. an. circiter 14. vel 15. Epitaphium illius hæc solummodo verba refert. *HILTA* abbatissa.
- XIII. ELISABETHA Cicissa à *Suñenburg* ob. an. m. cc. cvii. in die Epiph.

Annal.  
Salisburg.  
gen.

Vide omnino  
Catalogum  
Episcoporum,  
Salisburg.  
gen. Sent.  
l. c. D. Ca-  
nonsij.  
Bruschij &  
Gelben.

XIV. MAR.



- XIV. MARGARETHA à Gebing, al Giebing. el. an. M. CCC. VII. post regimen annorum XIV. defuncta an. M. CCC. XXI. VIII. Id. Maij.
- XV. ANNA de Perchain, vel Pernaim. al. Perchkaim ob. an. M. CCC. XXI. II.
- XVI. DIEMVDIS à Polhaim, lapis hæc incisa verba repræsentat: *Hic ligt begraben Fraw Diemund geborne von Polhaim/ Abtessin auff dem Nunberg / vñ vil ander Abbtessin mehr / den Gott genedig sey.* Hilta Abba. &c. ex quo colligitur plures alias Abbatissas sub hoc lapide conditas iacere, quæ propria Epitaphia non habent.
- XVII. DIEMVDIS à Wartenfels, ob. an. M. CCC. XLIV.
- XVIII. ANNA Gratzerin, al. Grasslerin.
- XIX. ANNA à Weitzeneck vel Weifsneck def. XXVI. Nouembr. ann. M. CCC. LXVII.
- XX. CATHARINA à Schernberg ob. an. M. CCC. XXVIII.
- XXI. ANNA de monte Liliorum, Lilienperg, al. Libmperg, præf. an. II. ob. an. M. CCC. LXXX.
- XXII. CATHARINA à Bernöck, rex an. VIII. def. an. M. CCC. LXXXVIII.
- XXIII. DIEMVDIS dicta Schönstetterin, ob. an. M. CCC. XCIII.
- XXIV. MARGARETHA de qua plura non reperiuntur.
- XXV. CATHARINA de Schellenperg, sic vt quidam opinantur.
- XXVI. ELKEBA.
- XXVII. MARGARETHA de Pernëck. ob. an. M. C. DIV.
- XXVIII. GERDRVDIS Reüttenbergerin præf. an. XIX. ob. an. M. C. D. XXIII.
- XXIX. ELKEBETA vel ELKEB. præfuisse dicitur an. IX. Epitaphium habet: *ELKeb Eckharin. ob. an. M. C. DXXXII. in die Alexij.*
- XXX. GERDRVDIS de hac vltra nil reperitur.
- XXXI. ANNA Geiganterin ob. an. M. C. D. XXXIX. die I 4. Nouembr.
- XXXII. ANNA Panicherin el. an. M. C. D. XXXIX. præf. ann. VII. ob. an. M. C. D. XLVI.
- Interferunt nonnulli IVLIANAM. abbatissam; de qua neque in Monasterio quicquam reperitur, nec Bruschius eius mentionem facit.
- XXXIII. AGATHA ab Haunsperg successit Annæ Panicherin præfuit ann. XXXIX. ob. an. M. C. D. LXXXIV.
- XXXIV. DARIA Panicherin, rex. an. XXI. def. an. MDV.
- XXXV. REGINA Pfeffingerin præf. an. VII. resign. & ob. iuxta Epitaph. an. M. D. XVI.
- XXXVI. VRSVLA Traunerin præf. an. XXV. ob. an. M. D. XXXIX.
- XXXVII. VERONICA de Waltprunn. rex. an. XII. ob. an. M. D. LII.
- XXXVIII. ANNA Paumannin præf. an. XIX. ob. an. MDLXXI. die 26. Octobr.
- XXXIX. BENIGNA Guttraterin præf. an. XVI. resign. & ob. an. M. D. XCIV.
- XL. ANNA Püttrichn à Stegen rexit an. circiter XII. ob. an. MDC.
- XLI. CORDVLA Mundtenhamerin el. an. MDC. præf. ann. XIV. ob. ann. MDCXIV.
- XLII. MARIA Meringerin suis omnibus pia mater, & desiderata obiit die 27. Aprilis. an. 1620. ætatis anno 40. regiminis sexto.
- MARIA MAGDALENA, vnanimi totius Conuentus electione in prædefunctæ locum sufficitur die 30. May, annum ætatis agens sexagesimum sextum; cui omnes à Deo vitam precantur & felicitatem.